



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 744. A quibus & qualiter hæreditas repudiari possit, & qualiter
semel repudiata acquiri, & semel acquisita repudiari nequeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

tem non acquirit, sed solum jus eam adeundi, seu succedendi defuncto, & solum potentia est heres, ipsa additione actu in ius, quod habuit defunctus acquirit, ipsumque representat, atque ita omnium rerum hereditiarum efficitur dominus, non aliter, ac defunctus fuit earum dominus. Arg. l. 37. ff. de acquir. l. 14. c. de jur. delib. & ibid. Sichard. n. 1. & seq. Gail. l. 2. obs. 129. Hunn. p. 4. tit. 16. c. 13. num. 16. Lauterb. l. c. § 31. Muller. l. c. th. 30. tit. 8. idque absque ea, quod possessionem earum rerum actu & corpore accepit, de quo pa-
lo post.

2. Secundus, quod transant in eum actu omnia jura realia, quae defunctus habuit in re quacunque singulari. v.g. jus pignoris, servitutes, cit. l. 37. ut & omnes obligationes cum provenientibus inde actionibus activis & passivis. l. 22. ff. cod. Sichard. in rubr. c. de jur. delib. Schrad. tr. de feud. p. 3. l. 3. num. 66. Hunn. p. 4. tit. 16. c. 3. num. 4. Laym. l. 3. tr. 5. c. 6. Muller. l. c. cum communi, etiam si fuerint in personam; cum haereses, si sint ex conventione, in se & natura suam consideratae sint persecutoriae rei, & transirent in solidum contra heredem, etiam dum agitur de dolo defuncti per l. 12. & 49. ff. de O. & A. l. 152. & 157. de R. J. Muller. l. c. lit. 8. Bachov. in tr. de act. d. 5. th. 4. &c. si sunt ex delicto simplices rei prosecutio, transirent contra heredes, quantum ex delicto ad illos pervenit. l. 26. & 27. de dolo. l. 13. §. 8. ff. ad leg. aquil. Muller. l. c. Jura tamen personalia, quae ita adhaerent personis, ut cum persona extinguntur, ut ususfructus, vi additionis non transirent ad heredes. pr. Inst. de usuf. Idem est de eiusmodi privilegiis personalibus. l. 68. de R. J. Ut etiam non transirent in heredem ea iura, in quibus representatio illa, qua est inter defunctum & heredem, cessat, ut sunt obligationes ex delicto provenientes respectu ipsius rei, qua, si in judicium needum adductae tempore vita defuncti, adversus heredes non competit; sed morte delinquentis extinguntur; cum delictum & actio inde descendens suum sequatur authorem. Muller. l. c.

3. Tertius effectus est, quod hereditatem transmittat ad heredes hereditis, sive quod heres adita hereditate, eam transmittere possit ad suos heredes, quod non posset, nisi ipse prius adiisset, excepto eo casu, in quo heres suus nondum adiisset hereditatem juxta expressum textum. l. 1. §. in novissimo. ff. de acquir.

4. Quartus, quod semel adita hereditate, heres pantere, & eam repudiare nequeat. l. 4. c. de repud. & abstin. hered. §. 5. Inst. de hered. qual. Lauterb. §. 13. idque, ut Idem cum Bardil. etiam si eam cum inventario adierit, nisi sit pupillus aut minor.

5. De catervo licet ius hereditarium, quod complectitur omnia iura defuncti, vi additionis ex sola legis potestate & autoritate ipso iure sine traditione ullorum alio facto transiret in heredem juxta dicta; nequaquam tamen ipsa rerum & jurium hereditariorum possessio in eum transit, nisi insuper mediante apprehensione acquiratur juxta expressum textum. l. 23. ff. de acquir. possess. Jason. ibidem. num. 31. Zafius. num. 17. Gail. l. 2. obs. 129. Myns. cent. 3. obs. 38. Muller. l. c. th. 30. lit. n. Lauterb. §. 32. & quamvis apud hunc Gudelin. de jur. noviss. l. 2. c. 18. num. 15. & Zaf. in ff. de acquir. vel omitt. hered. num. 12. telentur, in Gallia & Belgio obtinere contraria consuetudinem, nimirum, ut sine apprehensione ipso iure rerum hereditiarum possessio in heredem transiret; ut & eadem in pluribus aliis

locis receptam & valde utilem esse, ut heres non acquirenda, sed statim conservanda possessionis remedium uti possit, asserit Hahn. ad Wesenb. in ff. de acquir. num. 7. v. sedetiam. stando tamen auctorati DD. tenenda sententia opposita, quam tenent Bald. in L. si forori. c. de jur. delib. Bart. in l. 10. §. 5. de acquir. possess. Covar. tom. 2. var. resol. l. 3. c. 5. Gail. cut. obs. 129. per totam, multis rationibus eam stabiliens, & in Imperio Romano receptam, & sic crebrius in Camera judicatum efficitur. item Cynus, Curtius, decius & plures alii, quos citat & sequitur Muller. l. c. certissimum esse dicens, iure communis in Germania & Curia Spicenii (Wezlatensi) recepto, possessionem non ipso iure transire in heredem nullo etiam facto in hoc discrimine inter suos & extraneos heredes, ut alias volunt Alciat. & Hotoman. ex ea etiam ratione, quae utuntur cit. AA. quod ea tantum in heredem transirent, quae sunt juris juxta l. 23. ff. de acquir. vel a. mit. possess. ipsa autem possessio ejusque acquisitione non sit ius, sed factum juxta l. 1. §. 3. ff. cod. Atque ita jam idem non sunt: sum heres: hereditatem adi: & hereditatem possideo, ut Gail. l. c. num. 8. opposita contra hanc sententiam, praesertim quod ad suos seu filios, quod neque his sine apprehensione acquirant possessionem hereditatis, diluta vide apud Muller. Potest de catervo heres propria auctoritate apprehendere possessionem, modò ea vacua sit. Carpz. I. F. p. 3. c. 9. def. 27. Lauterb. l. c. §. 32. si vero alius possideat, & quidem titulo pro herede, vel pro possidente, potest heres agere vel hereditatis petitione, vel remedio possessorio; vel, si alius possideat titulum singulari, iudicio singulari agendum. Lauterb. l. c.

Quæst. 743. Quid sit omissione, repudiatione, abstinentia, hereditatis?

1. Resp. primò: omissione est quid quasi genericum respectu reliquorum, in quantum consistit in non acquisitione hereditatis, estque duplex non fecus ac aditio expressa vel tacita, pro ut fieri potest vel verbis vel factis; licet enim verbum omissionis, uti & abstentionis, non tam facti quam animi sit, implicans non factum illius, qui nihil agit, ita ut testificatione vel additione Pratoris opus non sit. l. 1. c. & l. 12. ff. si minor ab heredit. sed fiat sola mente; ad effectus tamen omittendi necessaria mentis declaratio, qua sit vel verbis vel facto aliquo. ita ferè Muller. in ff. de acquir. th. 32.

2. Resp. secundò: abstentio esti quid negativum, & repudiatione quid positivum sonet, re ipsa tamen idem sunt & significant, eosdemque effectus juribus habent, ut cum communi Reiffenb. b. t. num. 537. solumque in eo differunt, quod abstentio dicatur fieri ab herede suo seu necessario; repudiatione ab extraneo juxta l. 2. c. de repud. & abstin. hered. & §. 2. & 6. Inst. de hered. qual. & diff. ac proinde repudiatione dicatur voluntas declarata ab herede extraneo de hereditate delata non agnoscenda seu amplectenda. ita ferè Lauterb. §. 35. & abstentio voluntas declarata, quia suus heres hereditatem iure suitatis aquitam non vult retinere. l. 57. ff. de acquir. Lauterb. §. 39.

Quæst. 744. A quibus & qualiter hereditas repudiari possit, & qualiter semel repudiata acquiriri, & semel acquisita & repudiari nequeat?

Resp. ad primum: hereditatem repudiare possunt omnes, qui voluntate sua recte uti possunt, ut

ut Struv. *in ff. de acquir. vel omitt. vel ut Lauterb.* §. 36. qui eam suo jure acquirere possunt, id est, quibus ea delata. *l. 18. ff. eod.* siquidem iuxta dicta hæreditas delata dicitur ei, qui mortuo illo, de cuius hæreditate queritur, statim potest eam, si vult, adire & acquirere, vel repudiare. Sic itaque eam repudiare nequeunt, qui juris sibi competentis seu delationis scientiam non habent; cum nemo jus, quod sibi competere nescit, remisso ceseatur. Arg. *l. 12. de novat. l. 9. de transalt.* Gail. *l. 2. obs. 4. n. 2.* & 77. num. 5. Muller. *l. c. th. 35. lit. n.* Item furiosi, nisi pro tempore lucidi intervallum. *l. 9. c. qui testam. fac. poss.* utpote pro quo omnia, quae sanamentis homo agere, & quoslibet contractus celebrare possunt. *l. 39. de Jud. L. penult. de curat. furios.* Item prodigii, utpote cuius, cum furioso comparetur per *l. 1. & 40. de R. f. consensu* de amittendo & diminuendo ne quidem naturaliter est validus, ut Muller. *in ff. acquir. tb. 35. lit. o.* cum Hahn. *ad Wesenb. de patris. num. 5. v. prodigi.* Idem pupillus sine tutori. *l. 5. c. de repud. hared.* utpote qui licet pubertati proximus per naturam contentum aliquem habere possit, ob hujus tamen infirmitatem lege jus suum remittere prohibetur. *pr. Inst. de auth. tutor.* Item minor sine curatore, si quem habet. *l. 28. ff. de patris.* & *l. 22. c. eod.* Muller. *l. c. lit. 5.* qui tamen carens curatore repudiare potest hæreditatem. Struv. *ibid.* quamvis per restitutionem in integrum retractare possit. Arg. *l. 3. c. de ref. in integr.* Covar. *var. resol. c. 5. num. 3.* Zoëls. *adff. de minor. num. 33.* Item filisfamilias in præjudicium patris, & contra; ut & servus in præjudicium domini Struv. & Muller. *l. c. lit. 5.* Lauterb. §. 36. cum per *l. 133. de R. f. conditio patrii & domini per liberos & servos melior fieri possit*, non deterior. Item tutores & curatores soli. *l. 28. ff. de patris*, quamvis id possint quandoque auctoritate Magistratus. *l. 14. de præd. & al. reb. minor.* idque maximè quod ad personas illustres, ut ait Muller. *l. c. lit. o.* cum Gail. *l. 2. obs. 72. n. 8.* per *l. 12. §. 2. & l. 13. de administ. tutor.* Item procuratores simplices. Muller. *l. c. lit. i.* secus est de procuratore in rem suam, seu cui in proprio communione sunt aliena negotia. *l. 33. §. fin. de procurat.* Hahn. *ad Wesenb. tit. eod. n. 3.* quippe in quem translatum omne jus, ut ipse actionibus inde competentibus in suam utilitatem experiri possit. Arg. *l. 55. de procurat. l. 17. §. fin. de jurejur.* Idem est de procuratore instruто mandato speciali ad repudiandam hæreditatem. *cit. l. 17. & l. 34. §. 1. eod.* Muller. *cit. l. 1. in fine.*

2. Resp. ad secundum: sic etiam regulariter loquendo, qui semel adiit hæreditatem, eam deinde repudiare nequit, & aditionem rescindere seu revocare. §. 5. *Inst. de hared.* qual. *l. 3. & seq. c. de repud. hared.* idque etiam si cum beneficiis inventarii adierit. Arg. *cit. §. 5. l. 5. c. de O. & A. Carpz. l. 3. ref. 73. num. 3. & 13.* Muller. *l. c. th. 32. lit. a.* qua ratione, quia non censeatur repudiata hæreditas, quia adhuc nulla erat hæritas, dum quis ante mortem testatoris expressè dixit, se nolle adire hæreditatem, potest post mortem testatoris eam liberè adire. *l. 9. ff. de acquir.* De cætero excipitur minor, qui postquam juvenili levitate ductus hæreditatem adiit damnosam; hic enim per restitutionem in integrum juvatur. §. 5. *Inst. de hared.* qual. & §. 5. *de minor.* quamvis autem maiorem 25. annis contra aditam hæreditatem restituì non posse, censeant Christian. *decis. Belgic. vol. 4. decis. 213. n. 142. & seq. Fab. in cod. de jure delib. def. 7.* Quidam Papa. *q. 473. n. 4. & DD. communiter*, cum imputare sibi debeat, quod

hæreditatem damnosam adierit, eundem tamen iusto errore & ignorantia lapsum adeundo hæreditatem primo aspectu lucrosam, quam etiam quilibet paternitas talēm judicasset & adivisset, postea tamen inventam plenam ære alieno & litibus petentem restitutionem in integrum exaudientum, tanquam æquitati & juri convenientissimum, Arg. *cit. §. 5. & l. 1. §. ult. ff. ex quib. caus. major. censeant Rebuff. ad const. reg. a. 1. gl. 1. n. 32.* Bardil. *de adit. hared. tb. 58.* Vinn. Oddus &c. & in genere posse hæredem suum post abstentionem & recusationem factam paternam hæreditatem adire, asserit Lauterb. *tb. 40.* cum hac tamen distinctione ex *L. fin. c. de rep. & abstent. hared.* ut in casu, quo hæritas integræ in suo statu, filius, non tantum durante minorenitate, sed etiam post eam per integrum septennium possit petere restitutionem; si majoren, per triennium hæreditatem adire, & recusationem suam revocare in casu vero alienata hæreditatis minor possit petere restitutionem, non major. *juxta l. 24. §. 2. ff. de minor.*

3. Resp. ad tertium: repudiata semel hæreditate, eadem postea adiri nequit. *l. 4. c. de repud. hared.* Struv. *l. c. tb. 34.* cum ad renunciata non detur regressus. *l. 14. de adit. edict.* Carpz. *p. 3. decis. 219. n. 11.* Befold. *conf. 49 n. 150.* Berlich. *p. 2. concl. 22. n. 59.* Coler. *de process. execut. p. 1. c. 6. n. 65.* Sic itaque hæres hac contraria destinatione statim semel pro semper amittit jus acquirendi hæreditatem; eaque vel substitutus, vel jure accrescendi cohæredibus, aut ab intestato venientibus defertur. §. 5. *Inst. de bonor. poss.* Lauterb. §. 38. Excipitur hic iterum minor, qui ex levitate hæreditatem repudiavit, qui restituitur aliquando a prætore ut eandem adire liceat. *l. 24. §. 2. de minor.* Vinn. *ad cit. §. 5. Inst.* Oddus *de ref. in integr. p. 2. q. 62. a. 2.* Muller. *cit. tb. 32. lit. a.* Potest tamen is, cui ex pluribus capitibus defertur hæritas, repudiata ex uno capite adire & suscipere ex alio. Si si hæres institutus in testamento quā talis repudiavit hæreditatem, non prohibetur eam adire ut legitimus, seu ut sibi ex lege debitam. *l. 17. 70. 77 ff. de acquir.* Lauterb. Muller. *LL. cit. Brunem. ad cit. l. 17.* modo tamen repudiatio ex uno capite non fuerit ita comparata, ut præjudicet alteri. v. g. si hæres ut legitimus primo loco repudiaverit hæreditatem, sciens se institutum esse, tunc enim utramque successionem tam testamentariam quam legitimam repudiassè censendus est; qui hæritas certo ordine defertur, & legitima ante testamentariam repudiari nequit. AA. citati per *cit. l. 17.* nisi tamen, ut addit Lauterb. citans Brunem. *adl. 13. de jure delib. ratio* repudiationis generalis fuerit addita: quia v. g. hæritas, utpote multo ære alieno gravata, mihi non est utilis.

Quæst. 745. Renunciatio hæreditatis quid & quotuplex sit?

1. Resp. ad primum: renunciatio hæc est cessio seu remissio juris, quod quis habet aut habere potest ad hæreditatem, tam etiè enim jus quærendum seu solum futurum non sit in bonis nostris, nec valeat de eo dispositio Arg. *l. 2. c. de donat.* Spes tamen, quam ad jus futurum habemus, in pactum deduci potest. Arg. *l. 3. de donat. l. 1. c. de patris.*

2. Relp. ad secundum varia est renunciatio hæreditatis, pro ut nimur sit vel inter duos desuper pacientes; item pro ut sit de hæreditate tertij; vel in genere renunciando omni hæreditati, unde cunque ea haberi potest; vel in specie hæreditati alicuius certæ personæ. item prout renunciatur vel hæreditati non-